UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi (dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris succinctim complectens

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Argvmentorvm In Catechismvm Dn. Conradi Clingii, Catalogvs Sev Index.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Visual Library

# ARGVMENTORVM IN CATECHISMVM DN. CONRADI CLINGII, CATALOGVS SEV INDEX.

## *Ac primò in caput primum libri PRIMI.*


1. QVomodo Deus vult à nobis agnoſci & apprehendi.
2. Quis ſit verus cultus, quo potiſsimè vult à nobis coli.
3. Vndè veniat cauſa nobis iſtius veri cultus Dei atque poſſibilitas.

In caput II. Pag. 5
1. Quid ſit lex Decalogi.
2. Quæ ſint officia legis.
3. De præmio atque pœnis legis.

In caput III. Pag. 10
1. Quid ſit iuſtificatio hominis.
2. Quomodò accipiatur gratis per fidem in Chriſtum.
3. Quòd eam neceſſariò ſequi debeat obedientia legis & pia opera, alioqui non retinetur.

In caput IIII. Pag. 15
1. Quæ peccata ſimul exiſtant cum fide, gratia, atque Spirituſancto.
2. Quæ peccata excutiant gratiam Dei & Spirituſſancti.
3. Quos homines Spirituſſanctus adiuuet: & eis adſiſtat, vt vincantur vitioſi motus.

In caput V. Pag. 19
1. Vndè veniat homini fides CHRISTI.


2. Quæ

2. Quæ ſit fides Chriſtiana, & in quo fundetur.
3. Quomodò cognoſcitur & teſtificatur vera fides eſſe in homine.

In caput VI. Pag. 23

1. Qua de cauſa dicitur quòd fides iuſtificet, id eſt, iuſtum faciat coram Deo peccatorem.
2. Cur Apoſtolus dicit, quòd gratis iuſtificamur gratia ipſius Chriſti, Rom. 3.
3. Quomodò intelligendum, quòd idem Apoſtolus dicit, quòd iuſtificamur fide ſine operibus legis.

In caput VII. Pag 27

1. Quomodò clarè & rectè intelligitur, quòd fides iuſtificet abſque operibus legis.
2. Quid per opera legis intelligi velit Apoſtolus.
3. Quòd non reijciuntur bona opera, ſed exiguntur, ac ſola falſa opinio de illis reijcitur.

In caput VIII. Pag. 31

1. Quomodò fides vera ſolùm attendit & ponderat promiſſiones. & illis aſſentit in re iuſtificationis.
2. Quomodò leges, opera, cæremoniæ ac ritus extra æſtimationem iuſtificationis ſeruati, non nocent, nec derogant fidei.
3. Quid ſit, excidere à Chriſto & fide.

In caput IX. Pag 34.

1. Quid ſignificet hoc verbũ GRATIA, & quid ſit.
2. Quibus detur.
3. Quomodò ſit cauſa, quòd omnia opera noſtra DEO placeant.

In caput X. Pag 38

1. Quid faciat opus hominis bonum, eò quòd homo eſt peccator.
2. Ad quid Deus præcepit nobis facere opera bona.
3. Quod ſit præmium operum bonorum.

In caput XI. Pag.33
1. Quomodò opera nos iuſtificent.
2. Quomodò placant Deum.
3. Quomodò ſatisfaciunt, & in quem finem hæc tria Eccleſia tribuit operibus.

In caput XII. Pag.47
1. Quid ſit condignum præmium & æquale bonorum operum.
2. Quid ſit pręmiũ gratię, & quantum ſe extendat.
3. Quarè Deus adeò largus eſt in diſtribuendis præmijs.

In caput XIII. Pag.51
1. Quid ſit peccatum in homine.
2. Quæ ſit cauſa peccati.
3. De diſcrimine peccatorum.

In caput XIIII. Pag.55
1. Quid ſit homo vetus, & qui eius fructus.
2. Quid homo nouus, & qui eius fructus.
3. Quomodò quotidiè debemus mori ſecũdum veterem hominem, & naſci in nouum.

In capnt XV. Pag.58
1. Vndè dicatur libertas Chriſtiana.
2. In quo conſiſtat libertas conſcientiæ, & in quo carnis.
3. Quòd hæc libertas non liberat à tributo Dominorum, nec à ſtatutorum in Eccleſiæ obedientia ad Dei laudem ordinatorum.

In caput XVI. Pag.61
1. Vndè ſacra ſcriptura dicitur litera & ſpiritus.
2. Quòd litera occidit, & ſpiritus viuificat.
3. Quarè ſcriptura vtitur figuratiuis ſermonibus.

In caput XVII. Pag.64
1. Quandò ſacra ſcriptura lex eſt, & quandò Euangelium.
2. Quatenus vtrunque doceri debet, & ordine, ſcilicet, primò lex, deindè Euangelium.

3. Quòd

3. Quòd nedum manu, ſed etiam intus Spiritu volunt impleri.

In caput XVIII. Pag. 68

1. Quarè Deus ſegregauit populum Iudaicum à cęteris gentibus.
2. In quem finem illis dedit legem, cæremonias, & hoſtias præcepit.
3. Quomodò ſemper ſub vna fide varij ritus & cæremoniæ ſine periculo ſint obſeruatæ.

In caput XIX. Pag. 71

1. Vndè ſit cauſa electionis, vtrum ex lege, an noſtra actione.
2. Qui ſint certi, quòd ſint de numero prædeſtinatorum.
3. Quid faciat conſcientia dum anxiatur de prædeſtinatione.

In caput XX. Pag. 75

1. Quam habeat homo liberam voluntatem naturaliter.
2. Quæ ſit ſpiritualis libertas ſanctificati hominis.
3. Quomodò voluntas noſtra eſt cauſa contingentiæ rerum.

In caput XXI. Pag. 79

1. Quid ſit Chriſti Euangelium.
2. Quarè nobis reuelatum.
3. Quid doceat potiſſimùm.

In caput XXII. Pag. 84

1. Quarè Deus dedit promiſſiones hominibus.
2. Quæ ſit propria promiſſio Euangelij.
3. Quæ promiſſio ſit propria legi ſine operibus.

In caput XXIII. Pag. 89

1. Quis ſit Chriſtus in ſua perſona.
2. Quarè donatus ſit nobis peccatoribus.
3. Quapropter ipſum accipimus à Deo patre.

In caput XXIIII. Pag. 94
1. Quòd Chriſti mors vnica ſufficit ad tollendum omnia peccata, præterita, præſentia & futura.
2. Quomodò efficacia illius mortis diſtribuitur per media.
3. Quòd media licet exigantur, non tamẽ ſunt pars ſalutis noſtræ, ſed ſolus Chriſtus eſt totus & vnicus ſaluator, cui totum tribuitur: & ſolùm ipſius opera, & non noſtra, vincunt peccatum, mortem & Sathanam.

In caput XXV. Pag. 96
1. Quid ſit quod omnium primò in nobis appræhendit Chriſti merita, fides an opera.
2. Quarè fides antè omne opus accipit talia Chriſti beneficia.
3. Quòd obſeruantia præceptorum retinet beneficia Chriſti, & quòd Chriſti gratia facit vt obſeruentur præcepta.

In caput XXVI. Pag. 101
1. Quarè Chriſtus poſt RESurrectionem tam ſæpè ſalutat Apoſtolos pace, & optat illis.
2. Quibus modis & vijs Chriſtus ſit pax noſtra, quandò in preſſura mundi viuimus.
3. Quòd hæc pax conſcientiæ ad carnem non eſt trahenda.

In caput XXVII. Pag. 105
1. Quæ ſit maxima ſcientia, & òptima ſapientia hominis.
2. Quomodò rectè cognoſcitur Chriſtus.
3. Quatenùs cognitio Chriſti non eſt trahenda ad carnem.

In caput XXVIII. Pag. 110
1. In quo conſiſtit regnũ Chriſti, & qui ſint in illo.
2. Quid ſit regnum Sathanę, & qui ſint in illo.
3. Quomodò non nocebit credentib. etiamſi adhuc ſentiunt regnum Sathanæ in motibus animi & corporis.

In ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In caput XXIX. Pag.113

1. Quid faciat hominem Chriſtianum ſeu ſpiritua-lem.
2. Quòd fides ſecum patiatur officiũ ciuile & con-ditionem, ſtatum, cęremonias & ritus, ſi deſit ſu-perſtitio.
3. Quæ ſit apoſtaſia à fide.

In caput XXX. Pag.117 & 118

1. Quomodò mors & ſupplicium Chriſti ſit in re-demptionem fidelium: ſanctorum autem mar-tyrium, in teſtimonium fidei in Chriſtum, & ex-hortationem conſtantiæ.
2. Quòd Chriſtus ſua morte meruit ſolus omni-bus ſanctis & hominibus hæc duo, remiſſionem peccatorum & cœlum, quod nullus ſanctorum ſuo martyrio ſibi mereri potuit.
3. Quòd Chriſti mors meruit omnibus credenti-bus capitale bonum: ſanctorum autem marty-rium, accidentale in cœlo ſecundùm gradus.

In caput XXXI. Pag.122

1. Quomodò Chriſtus pro peccatis noſtris ſatisfe-cit ſua morte.
2. Quæ ſit Euangelica ſatisfactio, quam à nobis exigit Chriſtus.
3. Quæ ſit Eccleſiæ ſatisfactio ſecundùm canones, & olim fuerit in vſu.

In caput XXXII. Pag.126

1. Quid ſit Chriſtum induere.
2. Quandò contingit illa induitio Chriſti.
3. Quid ſequi debeat illam induitionem Chriſti.

In caput XXXIII. Pag.129

1. Quomodò ſcriptura ſemel nobis proponit Chri-ſtum, vt donum Dei, quod in fide cum gaudio ſu-ſcipere debemus.
2. Quomodò ſcriptura proponit nobis Chriſtũ, vt exemplũ vitæ & operum quod imitari debemus.

3. Quomodò per Euangelium, verba & facta Chriſti, Criſtus ad nos venit, & nos illi adducimur.

In caput XXXIIII Pag. 133

1. Vndè venit quòd dicitur, quòd Deus gratìs nobis remittit peccata, & donat cœlum: nam hic ſermo per totum Euangelium habetur.
2. Quid excludat hęc particula, Gratìs,
3. Vndè ſit cauſa pręmiorum noſtrorum operum, ſi Deus gratìs omnia confert.

In caput XXXV. Pag. 137.

1. Quis hominum viuit in Chriſto.
2. Quomodò Deus ac Chriſtus habitat & viuit in nobis.
3. Qui viuunt in Sathana, & in quibus ille viuit.

In caput XXXVI. Pag. 141

1. Quomodò oporteat opus dilectionis DEI erga nos, primùm credere, & per fidem accipere.
2. Quomodò acceptum Chriſti beneficium, cauſa eſt dilectionis noſtræ erga Chriſtum.
3. Quòd oporteat fructus & opera dilectionis oſtēdere, alioqui Chriſti beneficium (id eſt, iuſtificatio) non retinetur.

In caput XXXVII. Pag. 145

1. Quòd primum opus atque præcipua virtus poſt fidem in homine iuſtificato eſt dilectio, qua Deus gratìs propter ſemetipſum diligitur, & proximus propter Deum.
2. Quid ſit dilectio proximi, & eius virtus atque conditiones.
3. Quòd dilectio implet legem, & ſua habet pręmia hìc & in futuro.

In caput XXXVIII. Pag. 150

1. Quare Deus eſt timendus, ne peccemus.
2. Quomodò peius contingit relabentibus in priſtina vitia, & hìc, & in futura vita.

3. Quòd timentibus Deum ſemper proſperè & benè omnia ſuccedunt.

In caput XXXIX. Pag. 153

1. Quid Apoſtolus vocet cõſcientiam, & quid cauterizatam conſcientiam.
2. Quòd maxima conſolatio hominis coram Deo & mundo in rebus & fama, ſit teſtimonium internum conſcientiæ.
3. Quòd ſicut nihil eſt melius bona conſcientia, ita nihil peius mala conſcientia homini.

In caput XL. Pag. 157

1. Quid ſit verbum Dei.
2. Quid ſit credere verbo Dei.
3. Quid ſit cuſtodire aut conſeruare verbum Dei.

In caput XLI. Pag. 161

1 Vndè ſit remiſſio peccatorum, & quis remittat peccata.
2. Quomodò ſit intelligendum, quandò dicitur, ſacramenta, opera, oratio, ieiunium, eleemoſyna, charitas, &c. remittunt peccatum.
3. Quàm diù duret remiſſio peccatorum.

In caput XLII. Pag. 165

1. Quæ ſit differentia inter verbum Dei & verbum hominis.
2. Quomodò maximus cultus & honor ſit, quem Deus à nobis exigit, ſcilicet vt verbo eius credamus, in illo collocemus fiduciam noſtram.
3. Vt illud faciamus & cuſtodiamus.

In caput XLIII. Pag. 168. & 169

1. De certitudine conſcientiæ in re ſalutis.
2 Quòd miſericordia Dei, quæ propter Chriſtum exhibetur, non apprehenditur dubitante conſcientia.
3. Quomodò miſericordia & gratia DEI opponitur debito, merito & dignitati bonorum operum.


In caput

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In caput XLIIII. Pag.172.& 173
1. Quomodò certant & concordant in authore ſalutis, id eſt, Chriſto, omnes veteres & recentiores.
2. Quomodò ijdem variant & pugnant de acceptione aut diſtributione vitæ æternæ.
3. Quæ doctrina ſit conformior ſcripturæ & veritati, atque timori & honori diuino.

In caput XLV. Pag.177
1. Quæ ſint præcepta Dei & quæ hominum.
2. Quantùm diſtent ab inuicem.
3. Quòd abuſus ſit, dum humana præcepta diuinis præferuntur.

In caput XLVI. Pag.181
1. Quare Deus dedit legem decalogi & præcepta populo.
2. Quibus imputetur impletio legis.
3. In quem finem lex eſt abrogata.

In caput XLVII. Pag.185
1 In quem finē præcepta humana addita ſunt præceptis Dei.
2. Quandò ſint ea præcepta periculoſa conſcientiæ, & fruſtrà fiant.
3. Quandò laudabilia ſint & meritoria.

(?¿?)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# IN LIBRVM SECVN-DVM CATECHISMI D.N. CONRADI CLINGII, ARGVMENTA.


In caput I. Pag.189

QVomodò ſolus eſt vnus & verus Deus.

2. Quòd ei tria debeamus, fidem, dilectionem, & timorem perfectum: nam hæc eſt gloria, quam nulli alteri dabit.

3. Quinam primum transgrediantur præceptum.

In caput II. Pag.193

1 Quod ſit idolum ſpiritualium, ſapientum, doctorum huius mundi, propria ſcilicet iuſtitia.

2. Quomodò mammon ſiue voluptas ſit idolum ſecularium, indoctorum, vulgi.

3. Quomodò Deus ſolus vult inhabitare cor noſtrum, & ſolus illud exigit.

In caput III. Pag.197

1. Quæ ſit pura Dei adoratio.

2. Quomodò Deus non vult adorari in creatura.

3. Quomodò Deus vult laudari in creaturis & ſanctis ſuis.

In caput IIII. Pag.202

1. Quid per nomen Dei debeamus intelligere.

2. Quandò rectè vtimur nomine Dei, & quandò in vanum & malè.

3. Quomodo puniantur transgreſſores huius præcepti.

In caput V. Pag.206

1. Quòd licitum ſit verè iurare.

2. Quàm grande peccatum ſit, falsè iurare, & ad


peccatum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

peccatum nomen Dei inuocare.
3. Quòd magiſtratus punire tenetur periuria, quæ hic Deus grauiter punit.

In caput VI. Pag. 210
1. Quare ſit inſtitutum ſabbathum.
2. Quid ſit feriari, & etiam ſanctificare feriam.
3. Quomodò contemptores huius præcepti peccant, atque puniuntur hîc & æternaliter.

In caput VII. Pag. 214
1. Qualis fuerit intellectus falſus Iudęorũ de violatione ſabbathi.
2. Quare Chriſtus communiter ſanauit ſabbatho, & fecit miracula.
3. Quomodò charitati proximi cedere debet omnis lex, tam diuina quàm humana.

In caput VIII. Pag. 218
1. Cur dies feſti atque ſolennia dierum ſint inſtituta.
2. Quid mereantur opera ſabbathi, id eſt, feriatio, oratio, eleemoſyna, ſiue oblatio altaris.
3. Quæ ſit allegoria ſabbathi.

In caput IX. Pag. 221
1. Quare Deus hoc præceptum dedit.
2. Qui ſint parentes quos honorare debemus.
3. Quòd hęc obedientia & opera ciuilia, ſint cultus Dei, & Deo placeant maximè.

In caput X. Pag. 225
1. In quibus punctis conſiſtat honor, quem debemus ſuperioribus.
2. Quid ſit præceptum officium eorum qui præſunt
3. Quare ſępè diſſipantur imperia, magiſtratus, prũdentes & pacifici.

In caput XI. Pag. 229
1. Quòd

1. Quòd Deus dedit nobis parentes ideò, vt ſint noſtri domini loco ſui, id eſt, Dei.
2. Quæ ſint magna bona, quæ Deus nobis per parentes noſtros facit.
3. Quòd non ſolùm ſanos, ſed etiam infirmos & ſenes parentes honorare debemus, & illis benefacere, vt ſimus capaces promiſſionis Dei.

In caput XII. Pag. 233

1. Quare non debemus occidere, quia Deus pręcepit & vindicare vult homicidium.
2. Quibus incumbit vindicare malum.
3. Quandò iraſci ſit ſine peccato, & quandò cum peccato.

In caput XIII. Pag. 236

1. Quid ſit vera reconciliatio proximi, quam Deus exigit.
2. Quòd illa Deo plus placeat, quàm munus, id eſt opus etiam quodcunque.
3. Quale habet pręmium reconciliatio.

In caput XIIII. Pag. 240. & 241

1. Quibus ſit præceptum vt nubant.
2. Quomodò quis mœchatur, corde, ore & facto.
3. Quomodò Deus punit adulterium hîc & in futuro.

In caput XV. Pag. 245

1. Quæ perſonæ poſſunt contrahere matrimonium.
2. Quòd parentes non debent cogere filios ad matrimonium illius aut alterius perſonæ, ſed liberum permittere.
3. Quòd filij ſine parentum conſenſu non debent contrahere.

In caput XVI. Pag. 248

1. Quid ſit intelligendum per hoc verbum, furari.

2. Quòd

2. Quòd merces iuſta pro labore, non eſt furtum.
3. De reſtitutione furti, quomodò fieri debeat.

In caput XVII. Pag. 252
1. Quid ſit contractus.
2. In quem finem Deus permittit contractum.
3. Quomodò benedicuntur rectè cõtractibus vtentes, & quatenùs malè vtentes grauiter puniuntur.

In caput XVIII. Pag. 255. & 256
1. Qui cenſus ſint à Deo ordinati, & quibus perſonis.
2. Qui cenſus ſint priuato arbitrio conſtituti.
3. Quandò ſine peccato exiguntur.

In caput XIX. Pag. 259
1. Quibus propriè debentur reditus Eccleſiæ.
2. Quàm grauiter peccant, qui illos reditus ac teſtamenta in alium vſum conuertunt.
3. Quàm graui pondere ſe grauant homines vtentes his reditibus ac teſtamento, neglecto miniſterio & officio.

In caput XX. Pag. 263
1. Quòd voluntas Dei eſt, vt de iuſto lucro viuamus: ad hoc vult ipſe cooperari
2. In quibus rebus ſit lucrum turpe & inhoneſtum.
3. De punitione, quæ ſequitur hic & in futuro iniuſtum lucrum.

In caput XXI. Pag. 267. & 268
1 Ad quid nos Deus obligat hoc præcepto erga ſuã perſonam.
2. Ad quid erga proximum.
3. Quàm grauiter puniatur falſum teſtimonium.

In caput XXII. Pag. 270. & 271
1. Quòd iudicium politicum ſit opus Dei, & ab illo ordinatum.
2. Quòd fieri debet rectè & iuſtè, non ex fauore aut precij cauſa, ſed propter veritatẽ & ipſum Deum.

3. Quæ ſit punitio falſorum iudicum & procuratorum.

In caput XXIII. Pag. 274

1. Quæ ſit differentia inter legem Dei & leges humanas ac Philoſophiam.
2. Quòd concupiſcentia etiam ſine externo opere peccatum eſt.
3. Quomodò non debemus concupiſcere domum proximi.

In caput XXIIII. Pag. 278

1. Quid hoc præcepto DEVS præcipit & exigit à nobis.
2. Quomodò tranſgreſſores huius præcepti puniuntur.
3. Quòd ſerui & ancillæ non debent credere facilè detractoribus, & qui eos alienare volunt à ſuis Dominis: nam & Deus illos punit.

In caput XXV. Pag. 282

1. Quarè Deus nobis hominibus factus eſt pater pius & amiciſſimus.
2. Quæ ſit differentia inter Deum patrem noſtrum in cœlis, & patrem noſtrum in terris.
3. Quis ſit pater, cùm ſciat defectus filiorum, cur tamen ab illis vult exorari,

In caput XXVI. Pag. 285

1. Quomodò oporteat nomen Dei in ſe ſanctum, in nobis etiam ſanctificari.
2. In quibus rebus dehonoratur nomen Dei.
3. Quod ſit præmium piè, & quod malè tractantium nomen Dei.

In caput XXVII. Pag. 289

1. Quid ſit regnum Dei.
2. Quomodò ad nos perueniat regnum Dei.
3 Quomodò oporteat quotidiè regnum carnis in nobis corrumpi, vt creſcat regnum Dei in nobis.

In caput XXVIII. Pag. 293
1. Quæ ſit voluntas Dei, quam rogare debemus vt fiat.
2. Quæ ſit voluntas Dei, quam vt nos facere poſſimus, rogamus, ſicut faciunt angeli in cœlo.
3. Quæ ſit vera abnegatio propriæ voluntatis.

In caput XXIX. Pag. 296
1. Quid ſit panis noſter quotidianus, quem pro nobis & tota Chriſtianitate petimus.
2. Quomodò hunc panem comedere debemus quotidiè.
3. Quare pro quotidiano, & non annuo aut perpetuo pane, nos Chriſtus orare voluit.

In caput XXX. Pag. 300
1. Penès quid certi reddamur, quòd Deus nobis dimiſerit debita.
2. Cur petamus nobis dimitti debita, iuxta Matthæum, & non peccata.
3. Quòd nulla oratio exauditur, nec ſacrificiū aut opus Deo placet, vbi retinetur inuidia.

In caput XXXI. Pag 305
1. Quomodò & quare Deus nos tentat varijs modis.
2. Quarè Sathan etiam nos tentat.
3. Quomodò orandus eſt Deus, vt nos conſeruet, ne ſuccumbamus & obediamus tentationibus.

In caput XXXII. Pag. 307
1. Quid ſignificetur per hoc nomen, Malum, à quo liberari volumus.
2. Quarè in genere petimus liberari à malo, & nō in ſpecie, vt ab hoc aut illo malo.
3. Quarè non petamus cuſtodiri à malo, ſed liberari.

In caput XXXIII. Pag. 311
1. Quid ſit Deus.

2. Quid

2. Quid ſit credere in vnum Deum.

3. Quomodò omnes damnantur, qui non credunt in Deum.

In caput XXXIIII. Pag. 314

1. Quid ſit credere in Deum patrem.

2. Quid Deus pater filijs ſuis, id eſt, credentibus vult dare in præſenti & in futura vita.

3. Quàm ſit res glorioſa, eſſe & dici filium Dei, & habere Deum pro patre.

In caput XXXV. Pag. 318

1. Quòd credere debemus, quòd Chriſtus ſit filius Dei verus, vnicus & naturalis.

2. Quòd Chriſtus ſit Dominus noſter.

3. Quarè vocatur Ieſus Chriſtus filius Dei

In caput XXXVI. Pag. 320

1. Quòd Chriſtus non de homine, ſed de Spituſancto ſit cõceptus & formatus in vtero virginis de ſanguine & carne illius.

2. Quarè Chriſtus ſic de Spirituſancto concipi & de virgine naſci voluerit.

3. Quòd beata virgo ſit perpetua virgo, & manſit in partu, & poſt partum.

In caput XXXVII. Pag. 325. & 326

1. Quòd Maria ſit vera & naturalis mater Chriſti, verum ſanguinem & carnem miniſtrans.

2. Quomodò ſingulariter illi dicatur, Dominus tecum, Gratia plena, Benedicta inter mulieres.

3. Quòd Angelica ſalutatio ſit memoria & gratiarum actio incarnationis Chriſti, & ob id frequentanda.

In caput XXXVIII. Pag. 329. & 330

1. Quarè oportuit redemptorem noſtrum Chriſtũ eſſe Deum & hominem.

2. Quo genere mortis ſit necatus pro peccatis noſtris.

3. Quomodò mortuus eſt verè ac ſepultus,&ad inferos deſcendit.

In caput XXXIX. Pag. 333. & 334

1. Quomodò Chriſtus quem vt hominem mors vicit,ipſe tertia die vt Deus vicit mortem, reuixit & reſurrexit.

2. In quem fructum & ad quid reſurrexit Chriſtus.

3. Quomodò Chriſti reſurrectio exemplar & ſpeculum eſt noſtræ futuræ reſurrectionis.

In caput XL. Pag. 338

1 Quarè Chriſtus aſſcenderit in cœlos.

2. Quomodò ſedeat ad dexteram Dei patris omnipotentis.

3. Quid iam faciat in cœlis.

In caput XLI. Pag. 342

1. Quarè Chriſtus vult tenere iudicium in die nouiſsimo.

2. Quomodò ſigna præcedentia certiſsimum Chriſti aduentum indicant.

3. Quæ ſit futura ſententia vltima Chriſti tenentis iudicium.

In caput XLII. Pag. 346

1. Quarè tertia perſona in diuinis dicatur Spirituſſanctus.

2. Quomodò Spirituſſanctus ſanctificat homines.

3. Quid faciat in ſanctificatis hominibus, quos inhabitat.

In caput XLIII. Pag. 349.

1. Quòd ſola vna eſt Eccleſia, quæ dicitur ſancta & Catholica.

2. Quomodò in tali Eccleſia vna eſt communio ſanctorum.

3. Quòd extra illam Eccleſiam non eſt ſalus.

In caput XLIIII. Pag. 353

1. Quomodò quis perueniat ad iſtum articulum,

vt cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt eum credat, nempè remitti nobis peccata.
2. Quæ ſint ſigilla, vt certus ſim de remiſſione peccatorum.
3. Quòd fides de remiſſione peccatorum tunc vera eſt, quando habet adiunctam pœnitentiam.

In caput XLV. Pag. 357

1. Vndè vera fides reſurrectionis noſtræ acquiritur.
2. Quomodò fiet reſurrectio mortuorum.
3. Quomodò corpora beatorum decorabũtur quatuor donis æternæ gloriæ.

In caput XLVI. Pag. 361

11. Vndè habeatur pro certo, quòd vita ſit futura æterna.
2. Quid ſit propriè vita æterna.
3. Quomodò vita æterna differat à morte æterna.

# IN LIBRVM TERTIVM CATECHISMI DOMINI CONRADI CLINGII,

## ARGVMENTA.


In caput I. Pag. 365

1. QVomodò nos diſponere debeamus ad mortem.
2. Quę facere debeamus lecto decumbentes.
3. Quid amici & propinqui faciant mortuo.

In caput II. Pag. 369

1. Quid ſit propriè ſcandalum.
2. Quàm graue peccatum ſit coram Deo, ſcandalizare proximum.
3. Quòd ſcandala præbentes, rarò ad pœnitentiã redeant, & ægrè ſaluentur.

In caput III. Pag. 373

1. Quid ſit Eccleſia vera, & quid ſolo nomine.
2. Qui ſint miniſtri Eccleſiæ.
3. Quæ Chriſtus contulit Eccleſiæ ſuæ, vt habeat certò vſq; ad conſummationem ſęculi.

In caput IIII. Pag. 376

1. Quæ & quotuplex ſit forma clauium Eccleſiæ.
2. Quibus claues ſint conceſſę ac mandatæ.
3. Inquantùm ſe extendunt.

In caput V. Pag. 381

1. Quid propriè ſit excommunicatio.
2. Quinam ſint excommunicandi, & propter quã cauſam.
3. Quæ ſint damna excommunicationis.

In caput VI. Pag. 385

1. Quomodò Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, & quomodò Petrus.


2. Qua-

2. Quare Chriſtus voluit eſſe Papam, id eſt, prælatum vnum ſupremum hîc in terris.
3. Quæ ſit poteſtas Papæ.

In caput VII. Pag. 388. 389

1. Quid ſit & ſignificet lauacrum regenerationis.
2. Quid fideles in hoc voueant Deo.
3. Quàm diù duret hęc regeneratio.

In caput VIII. Pag. 394

1. Quid ſit & ſignificet confirmatio ſacramentalis.
2. In quem vſum aut finem ſit inſtituta.
3. Quibus modis debeat hoc ſacramentum adminiſtrari.

In caput IX. Pag. 397

1. Quid ſit ordo Eccleſiaſticus.
2. Quid conferatur ijs, qui ſuſcipiunt ſacros ordines.
3. Quis debeat ordinare miniſtros Eccleſiæ.

In caput X. Pag. 401

1. Quid dicatur eſſe Sacramentum cœnæ Dominicæ.
2. Quamobrem potiſſimùm à Chriſto ſit inſtitutum.
3. Vtrùm fides huius ſacramenti, id eſt, paſſionis Chriſti, an eſus ac potus, remittat peccata.

In caput XI. Pag. 405

1. Quare Apoſtolus monet, vt homo probet ſemetipſum ante communionem.
2. Quomodò debeat ſe probare communicaturus.
3. Qui ſint fructus cõmunionis, & quid ſequi debeat communionem.

In caput XII. Pag. 410

1. Quòd ſub qualibet ſpecie ſit totum & integrum ſacramentum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Quòd ſalus noſtra non dependet à potatione calicis

3. Quare Eccleſia vtatur vna ſpecie pro laicis.

In caput XIII. Pag.414.& 415

1. Quid ſit publicum ſacrificium Eccleſię, ſiue miſſa.

2. Quare ſit inſtitutum.

3. Qua ratione dicatur eſſe ſacrificium.

In caput XIIII. Pag.419

1. Quid ſit vera conuerſio ſeu pœnitentia ſecũdum ſcripturam.

2. Quidnam homini peccata ſua remittat, an noſtra contritio, confeſſio, ſatisfactio, vel fides.

3. Qui ſint veri fructus pœnitentiæ.

In caput XV. Pag.423.& 424

1. Vndè fiat quòd homines infirmi vnguntur.

2. Qui ſint fructus Vnctionis ſacræ.

3. Quare in fine vitæ datur, & non in principio.

In caput XVI. Pag.428

1. Quare Eccleſia permittit & habet varia ſacramentalia & cæremonias.

2. Vndè illarum ſit virtus, vtrùm à rebus, an virtute diuini nominis ſuper his inuocati.

3. Quandò illorum verus ſit vſus, & quandò abuſus.

In caput XVII. Pag.431

1. Quid ſit Epiſcopus, ſecundùm Apoſtolum & ſcripturam.

2, Qualis ſit eligendus in Epiſcopum.

3. Quid illi debeant ſubditi, ſcilicet honorem, obedientiam, prouiſionem.

In caput XVIII. Pag.436

1. Quis ſit verus hæreticus dicendus.

2. Quare Deus permittit hæreſes fieri per dulces ſermones.

3. Quomodò ſit vitandus hæreticus.

In caput XIX. Pag.440

1. Quare Deus voluit vt Eccleſia ſua haberet ſcripturam verbi ſui.
2. Vndè certificamur de vero ſcripturæ intellectu.
3. An etiam ſit aliquid obſeruandum in Eccleſia, quod non ſit expreſſum in ſcriptura vel Euangelio.

In caput XX. Pag.444

1. In quo debeat eſſe conſenſus, maximè in Eccleſia.
2. Quòd diſſimilis ritus ac cęremonię non pugnāt cum Euangelio.
3. Quomodò cæremoniæ & traditiones ſeruiunt miniſterio verbi & adminiſtrationi ſacramentorum.

In caput XXI. Pag.448

1. Quàm perniciosum ſit, dubitare de gratia DEI erga nos.
2. Vndè reddamur certi de gratia & amore Dei erga nos.
3. Quomodò illa lucta ſiue dubitatio naturaliter inhæret mentibus hominum.

In caput XXII. Pag.452

1. Quomodò totum Euāgelium nos ad tria admonet, ſcilicet, ad fidem Chriſti.
2. Ad dilectionem Dei & proximi.
3. Ad crucem ſeu aduerſitatem patienter tolerandam propter nomen Chriſti & veritatem.

In caput XXIII. Pag.457

1. De ſecuritate in populo his temporibus.
2. De duplicibus peccatoribus in mundo.
3. De carnalibus & Euangelicis malis hominibus.

In caput XXIIII. Pag.462

1. De hoc ſeculo, quòd non timeat Dei iuſtitiam & extremum iudicium.
2. De timore Dei & iuſtitia ante oculos habenda.
3. De magiſtratu, quod non puniat delicta populi.

(Sequentia aliquot capita ſuis argumentis carent.)

In caput XXX. Pag.492
1. Lex Moyſi quare ſit data, & quomodò à litera ad ſpiritum per Chriſtum ſit tranſlata.
2. Lex fidei & Euangelij quare ſit data.
3. Quomodò lex fidei obligat.

In caput XXXI. Pag.498
1. De lege charitatis, quatenùs ſemper obliget.
2. Et quòd multi errent, dicentes legem eſſe abrogatam, & quòd Deus exigat ſolam fidem in Chriſtum.

# IN LIBRVM QVARTVM CATECHISMI DN. CONRADI CLINGII, ARGVMENTA.

In caput I. Pag.504
DE corporali diſciplina, & quid ſit mortificatio corporalis.
2. Quantùm differat à iuſtitia ſpiritus.
3. Quàm grauiter peccant contemptores huiuſmodi diſciplinæ.

In caput II. Pag.508
1. De patientia & cruce, quare toleranda.

2. Cur

2: Cur Deus permittit ſuper nos varia aduerſa.
3. Quomodò patiētia eſt ſacrificium, habens promiſſionem regni.
In caput III. Pag.513
1. De humilitate Chriſtiani hominis,& quid ſit.
2. Quare Chriſtianus debeat humiliari.
3. Qui ſunt fructus humilitatis.
In caput IIII. Pag.517
1. Quid ſit eleemoſyna hominis Chriſtiani.
2. Quomodò danda vel eroganda.
3. Quid mereatur coram Deo.
In caput V. Pag.522
1. De oratione ſiue obſecratione,& quid ſit.
2. Quare nos debeamus orare.
3. Quæ requirantur ad veram orationem.
In caput VI. Pag.527
1. Quid ſit ieiunium Chriſtianum.
2. Vndè fiat quòd certis diebus ieiunamus, & à quibuſdam cibis abſtineamus.
3. Quomodò ieiunio nobis Deum placamus.
In caput VII. Pag.531
1. De peccato ſuperbiæ,& quid ſit.
2. Quæ damna adferat homini ſuperbia.
3. Quantùm punitur à Deo,& ſemper punita eſt.
In caput VIII. Pag.534
1. Quomodò ſcriptura prohibeat ſuperbum ornatum veſtimentorum.
2. Quàm graue peccatum ſit.
3. Quomodò puniatur à Deo.
In caput IX. Pag.537
1. De peccato auaritiæ,& quid ſit.
2. Quæ mala ſequantur ex auaritia.
3. Quàm miſerè pereant & puniantur auari.
In caput X. Pag.541
1. De vſura & mutuo,quid ſit.
2. Quàm graue vitium ſit in homine Chriſtiano.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. Quomodò punitur à Deo & ab Eccleſia.

In caput XI. Pag.544

1. Quid ſit peccatum luxuriæ, & quot modis committatur.
2. Cui ſimilis ſit luxurioſus.
3. Quàm graue peccatum ſit luxuria, & quòd damna grauiſſima mereatur.

In caput XII. Pag.547

1. De luxurioſa & inhoneſta chorea.
2. Quæ peccata regnent & fiant in ſaltatione.
3. Quomodò puniatur à Deo.

In caput XIII. Pag.551

1. De peccato iræ, & quid ſit.
2. Quos gradus habeat & Chriſtus notauit.
3. Damna quæ ſequuntur ex ira.

In caput XIIII. Pag.555

1. Quid ſit maledictio & conuicium, flůchen oder ſchelten.
2. Quas perſonas ſingulariter exprimit ſcriptura, ne eis maledicamus.
3. De pœna maledicentium.

In caput XV. Pag.559.

1. De peccato inuidiæ, & quid ſit.
2. Cui ſit ſimilis inuidus.
3. Quantùm noceat homini inuidia.

In caput XVI. Pag.563

1. Quid ſit detractio.
2. Quomodò detractor teneatur ad reſtitutionem famæ proximo ablatæ.
3. Quomodò puniatur à Deo detractio.

In caput XVII. Pag.566

1. Quid ſit mendacium.
2. Cui ſimilis ſit mendaciloquus.
3. Quàm grauiter puniatur à Deo.

In caput XVIII. Pag.569.

## LIBRI QVARTI.

1. De peccato gulæ, quid ſit.
2. Quomodò in principio mundi & maiores noſtri fuerint abſtinentes.
3. Quæ mala ſequantur ex gula.

In caput XIX. Pag. 572

1. De vitio ebrietatis.
2. Quæ mala ſequantur ex ebrietate.
3. Quantum ſit punita à Deo, & hodiè puniatur.

In caput XX. Pag. 576

1. Quid ſit peccatum acediæ.
2. Quantùm Deo diſpliceat in homine.
3. Quæ damna ſequantur ex acedia.

Societatis Jesu Paderbornae

FINIS INDICIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN